

AN. 274/16

D. E. M. S.

Præsidium Grande,

&

Dulce Decus suum,

Theologum - Philologum

Dotibus, & Meritis rarioribus ad invidiam Decantatiss:

DN.

SEBASTIANUM

Gottfried Starck/

SS. Theologiæ Doctorem famigeratiss:

Ephorum, Patronum,

imò Patrem mitiss:

V. Kal: Dec: A. S. M. DC. LXX.

placidiss^o quidem,

Sibi verò luctuosiss: obitû,

ereptum,

cùm

Prid: Non: Decembr:

Exuvix solenniss: Dormitorio

inferrentur,

impensè dolent

Gymnasii Freiberg:

Docentes.

Stanno Beutheriano.



X 212 4906



I. N. I.

Parodia ad faciem Od: IX. Libr: II.

Carm: Horat:

JAm nunc, nives cum nubibus hispidos
Manant in agros, cum mare quodlibet
Vexant inaequales procellae,

Frigidioribus atque in oris

Nostratibus jam stat glacies iners

Per hosce menses, cumque aquilonibus

Querceta montium laborant,

Et foliis viduantur orni;

Urgemus heu nos! flebilibus modis

EPOPTAM ademtum, quin neque Vespero

Surgente decedunt dolores,

Nec rapidum fugiente solem.

Quis ferreus non ploret amabilem

Guttis acerbis STARCKIADEM Senem?

Qui nostra curavit Parentis

Instar, & optima quaeque fvasit

Semper benignus? Finis at esto nunc

Tandem querelarum, & potius nova

Cantemus Augusti tropaea.

STARCKIADAE, placidumque EPOPTAM.

Terris ademtum Gentibus additum

Sanctis, nec unquam volvere tristia,

Intraque praescriptos Olympi

Nunc nitidos habitare campos.

His

ex occasione Lectionis publ:

Patronum, atque Compatrem meritiss:

langvidiore venam & crenam lugere voluit.

M. Michael Schirmerus, Gymnasti Patr: Rector.

Ad

Ad B. Præsulem.

ORdiris Anno Ecclesiastico hoc novam
Methodum, ecce Sancte Præsul, at inter Cœlites,
Qui Judicisq; Vindicisq; dixeras
Iramq; Gratiãq; nobis ultimi
Sat hætenus, Diemq; sat novissimam,
Præsagus & quasi augur ultimæ tuæ
Diei in orbe & urbe dilectissimâ,
Tueris ipsum Judicem, sed optimum,
Audisq; voce blandulâ: Veni bone,
Domini ad Tui intra Serve tandem Gaudia,
Regnumq; posside, loquentem suaviter.
Beatus ter quaterve & amplius diem
Meditatus ultimum, cuiq; sic venit
Vitæ ultimus dies, noviq; tempora
Sic auspicator anni ibi optatissima!

Ad Templâ, Curiam, Scholamq; Freibergæ.

AStræ, Eusebiesq; Palladisq;,
Nunc concurrite lachrymæ Sororum,
Vestrog; exequias parate Patri.
Namq; unum in tumulum feruntur unâ,
Quæ vobis placuere, cuncta in Uno,
Saltem funebre dedicate Carmen:

HIC. EST.

CONDITA. SVADA.

TOTA. QVANTA.

HIC.

QVAM. CUM.

PRINCIPE. SAXONUM.

DOMO QVE. CUNCTA.

ASTRÆA. EUSEBIE. MINERVA.

LUGENT.

Madris

Madrigal.

An die

Herz-schmerzlich betrübtte

Frau Wittwe/

Damit Sie das Absterben Ihres herzliebsten

Ehe-Schazes:

Und Herren Söhne/

Damit Sie den Tod ihres herzliebsten Pflegers mit

Christlicher Gedult betrauren wolten:

Wenn nur ein Mann und Vater wehr,
Und unser aller Vater nicht mehr lebte/
Der allgemeine Pfleger nicht im Himmel schwebte/
So sprach ich daß man Euch noch mehr/
Als Ihr jetzt seyd/ solt unglückselig nennen:
Weil aber Ihr/ müßt neben mir bekennen
Daß noch der beste Vater lebe/
Der allgemeine Pfleger in dem Himmel schwebe:
So werd Ihr jenes Tod also beweinen
Damit nicht dieser seine Huld
Auf eure Ungedult/
Wenn Er auch schon nicht wolt/ Euch müßt verneinen!

*

Ad Academiam,

quæ

Lipsiæ est,

Celeberrimam:

Lipsia Doctores dederas sex, *Starckius* ex his
Post reliquos omnes *Ultimus* hic obiit.

scr:

M.

A.

B.

C.

EPITA-

EPITAPHIUM.

PEdem, Viator, siste, mecum & hac lege:
SEBASTUS hic GOTHOFREDUS est STARCKIUS, AMOR
Prudentis Orbis situs; Huic dedit sato
MITWEIDA cunas; PINDUS AFRANUS polit
Hunc ARTIBUS, VIRTUTIBUS, q̄veis claruit:
Hic LIPSIENSIS heus DIDASCLUS audiit;
Quid? SAXONES vocant in Urbem hunc inclytam
A LUNA & ARCE dictitatam, ut predicet
Verbum DEI; bujus atq; fama pervolat
FREIBERGAM ad Urbem hanc tum, velit ut ANTISTITEM
Ecclesie, Scholęq; q̄vibus hic servit
Vite ultimum fidelis usq; ad halitum.
Hic Filiorum sex PATER, AVUS Filiã
Ex unicã CLARA, poli jam civibus
Immixtus est animã, fuit q̄vod corporis
Hoc subjacet tumulo. DEUS fac molliter
Q̄viescat hic corpus, poli mens gaudiis
Fruatur, hanc donec DIES NOVISSIMA
Et corpori dederit novato, & dixerit:
Omnis Viator mortis hanc pergat viam.

Non sine lacrymis DNO. Ephoro
& Compatri desideratissimo
ex debito statuebat

M. Tobias Mollerus, Freib. Patr. Lycei
Tritodidasclus.

PArca, quis, mirum! vos Parcas jure vocavit?
Omen abest; Vestrum parere nemo videt.
Parcere nemo videt: Nam vitæ rumpitis almæ
Atlantis Starcki fila senecta citò.

)(3

Sed

Sed quid ego Parcas accuso? *Starckius Atlas*
Occidit ex fatò, quod dedit ipse DEUS.
Si dedit ipse DEUS, lumens in cœlica tecta,
Atlantem nostrum, quid lacrymis opus est?

Christophorus Frölich / Cantor
& Coll: IV.

A Ω.

HEu! fuit *Antistes noster*, fuit *entheia Virtus*
Nostri Doctoris, *Laus Charitumq;* fuit!
Eusebies jubar, ah *Pater atq;* *Auriga Sionis*
Et currus! nos sic deseris, hinc & abis?
TE nos flere jubet *Pietas*, jubet ardor *Amoris*;
Ordo Sacer luget, *Civica turba*, *Schola*.
Cum verò non sit, nisi *sola relictio nostri*,
Quod doleant, *statuit Pagina sacra modum*.
Non amissus enim, qui *Cœli emissus ad aulam*,
Angelicos inter vivit oratq; *Choros*.
Nos hinc, quâ frueris *Cœli novus Incola*, *Vitam*
Gratari, atq; *DEUM sollicitare decet*;
Consolidet nobis vulnus, *soletur ut Orbos*,
Det Successorem pro Bonitate pium!
Ac tandem mundi nos exonerare ruinis,
Ferre quoq; ad *CHRISTI regna beata*, velit.
Condolentia pia

Georgl Trainer / Freib. Sch.
Collegæ V.

Magne Vir, æternùm quem nuncia fama loquetur,
Quem Freiberga dolens prosequitur lacrymis,

Quem

Quem sacra Relligio Mystam sibi plorat ademtum,
Quem Schola Patronum luget & ipsa suum,
Qui mihi tam facilis, qui succurisse solebas
Consiliis promptis; auxilioq; bono;
Sicne jaces, morbis tandem devictus acutis,
Mancipium miserum qui Te habuere satis?
Eheu! quis populo Sacri mysteria Verbi
Proponet tanto pondere & eloquio?
Eheu! quis Ludi curabit commoda porrò,
Cui indulxisti grande patrocinium?
Eheu! quis mihi nunc tam providus Autor & Altor,
Qui miserum recreet, sublevet atq; benè?
Sed quid lamentor; cur hæc suspiria duco?
A Domino factum, qui bona cuncta facit.
Faxit is, ut ne mors hæc sit presaga malorum,
Majorum, & cladem nunciet atra gravem;
Sed velut in cælis nunc Starckius ipse triumphat:
Sic vigeant ultra Templâ Sacrata, Scholâ!
 Patrono & Compatri de se
 optimè merito contrâ
 votum hæc pon. lugens
 Georg. Herold / Sch. Freib.
 Coll. VI.

W Ein Freybergk/traure iest/laßt bittre Zähren schiessen/
 Die ihr der Gottesfurcht und rechtem Lehr besties-
 sen/
 Beweinet diesen Fall/der in der Kirch geschicht/
 Da iest verleschet ist Herrn Doctor Starckens Liecht.
 Beweint das Kirchen-Haupt / beweint die schönen Ga-
 ben/
 Damit der goldne Mund uns wuste wohl zu laben.

Be

Beweint und betet auch: Daß **GOTT** die Wittbe
schüs/
Die Kinder seegene/ Kirch und Schul ferner stütz.

Herk: Christ: und mitleidentlich
meynende schriebs

Daniel Benisch / Succentor,
& Sch. Collaborator.

Epitaphium:

S Tarckius, Eloqvij pelagus diffusius olim,
Siccior hic tophò pumicibusq; iacet.
Usq; adeò fatis omnes urgemur iniquis,
Ut nihil ætatem ferrea ferre sinant!

*Patrono, dum viveret,
suo certissimo
p. lugens*

Samuel Thammius, Scholæ
Collaborator.

✠(†)✠

QR. 274/16

D. E. M.

Præfidium

&

Dulce Decu

Theologum -

Dotibus, & Meritis varioribus

DN.

SEBASTI

Gottfried

SS. Theologiæ Docto

Ephorum, P

imò Patren

V. Kal: Dec: A. S

placidissimo q

Sibi verò luctu

creptu

cùm

Prid: Non:

Exuvia solenniss

inferrent

impensè c

Gymnasii F

Docen

Stanno Bes

BIB
PONT

Z e
6070

06

BIBLIOT

